

Theology the Handmaiden of Logic

A Sentences Commentary used by Gregory of Rimini and
John Hiltalingen

Author

The author of the *Commentary on the Sentences* to be dealt with here is still anonymous. He was a Black Monk (that is, a Benedictine) who lectured on the *Sentences* at Oxford or Cambridge between 1337 and 1341. It is known also that his commentary was read by Gregory of Rimini, by John Hiltalingen of Basel, and by one of his *socii* (fellow-lecturers on the *Sentences*), Adam Junior, who was possibly Adam of Ely. O.F.M.¹⁾ No study has previously been made of his commentary as a whole, and the present one reveals that the work is important as an indication of how at least one theologian reduced theology to a series of logical games.

Manuscripts

The *Commentary* can be found in five manuscripts. Three of them contain the full work:

- C Fribourg, Bibliothèque Cantonale et Universitaire, Ms. Cordeliers 26, ff. 82r-136r
- E Erfurt, Wissenschaftliche Allgemein Bibliothek, Ms. Amplon. F 132, ff. 38r-73v.
- F Florence, Biblioteca Nazionale Centrale, Ms. A. 3. 508, ff. 189r-239r

The fourth manuscript contains Question I and the first two articles of Question II in their entirety, ending about three-quarters of the way through the third article of Question II:

- B Bruges, Stedelijke Openbare Bibliotheek, Ms. 503, ff. 106r-115v

The fifth manuscript (Paris, Bibliothèque Nationale, Ms. lat. 15 561)

¹⁾ The evidence for these statements can be found in W.C. Courtenay, *Adam Wodeham* (Leiden, 1978) 91-95; D. Trapp, "Augustinian Theology of the 14th Century", *Augustiniana*, VI (1956) 201-213, 235-239; J.-F. Genest, "Le *De futuris contingentibus* de Thomas Bradwardine", *Recherches Augustiniennes*, XIV (1979) 268-271.

contains a list of the questions with their articles (ff. 248v-250v) and then a summary of the work, this being mostly a list of the conclusions reached (ff. 251r-266r).

It would seem from all but E that there are ten questions in the *Commentary*. These, in the text of C, are as follows:

- Q. I A. 1 Utrum omnis credens non sicut Ecclesia credit erret in credendo necessaria ad salutem.
- A. 2 Utrum cum habitu credendi vel aliquo alio habitu morali stet error in intellectu respectu eorum ad quem inclinatur talis habitus.
- A. 3 Movere dubia circa dicta in ista questione:
 (1) An licitum sit credere utramque partem contradictionis.
 (2) Utrum sit possibile intellectum errare.
- Q. II Utrum circumstantia temporis gratie ex se causet aliquam bonitatem in opere virtuoso.
- A. 1 Utrum aliquis habitus virtuosus determinet sibi certas circumstantias sine quibus esse non possit.
- A. 2 Utrum homo possit per aliquod tempus notabile multos actus eque intensos elicere.
- A. 3 Movere dubia circa dicta:
 (1) An bonitas semper crescat ex hoc quod sit a meliori vel magis virtuoso.
 (2) An animam cuiuscumque creature possit habitus infinite bonitatis intensive informare.
- Q. III Utrum ex hoc quod caro Christi fuit formata in instanti et in eodem instanti unita Verbo sequitur Deum esse infinite virtutis intensive.
- A. 1 Utrum circumscripta fide possit probari Deum esse infinite virtutis intensive.
- A. 2 Utrum possit probari evidenter quia aliqua pura creatura sit bonitatis vel malitiae infinite intensive.
- A. 3 Utrum creatura aliqua possit agere aliquid in instanti.
- Q. IV Utrum, posito quod Beata Virgo fuisset in originali per instans, possit Deus immediate post illud instans eam mundasse ab originali.
- A. 1 Utrum Deus possit immediate post aliquid instans certum dandum aliquam rem spiritualem vel corporalem producere totam simul.

- A. 2 Inquirere de isto modo loquendi, «Immediate post illud instans est aliud instans», et tamen nullum instans est immediate post istud instans; et «Oportet expectare per tempus», et per nullum tempus oportet expectare; et huiusmodi.
- A. 3 Movere dubium: Utrum virgo aliqua ex hoc quod contrahat matrimonium cum voluntate assentiendi in carnalem copulam magis mereatur quam si semper per totum tempus vite sue permaneat in virginitate.
- Q. V Utrum Christus tenebatur ad precepta divina et ad susceptionem sacramentorum vel Sacramenti sub pena actus peccati ita quod si non observasset precepta nec suscepisset sacramenta peccasset.
- A. 1 Utrum Deus possit precipere homini omne illud quod ipse meritorie possit facere.
- A. 2 Utrum sit aliquod opus supererogationis ad quod homo non tenetur. Dubium: Utrum Deus possit ostendere vel revelare beatis quod scit esse bonos ad supplendum numerum illum angelorum quia ipsi sunt electi ad implendum numerum illum.
- A. 3 Respondere ad formam questionis, que fuit utrum tenebatur ad precepta divina vel susceptionem sacramentorum sub pena peccati ita quod si hoc non fecisset quod peccasset.
- Q. VI Utrum leges ordinate inter fideles ad puniendum transgressores preceptorum decem et contemptores sacramentorum ecclesie obligent conscientias hominum ad earum observantiam.
- A. 1 Utrum sit de virtute legum quod, de probatis legitime secundum formam legis, sive illa probata sint vera sive quod non, fiat executio.
- A. 2 Utrum declinans malum solum timore pene quam incurreret secundum leges et non amore iustitie sit iustus.
- A. 3 Utrum iudex sententians secundum probata canonice coram eo tamen, debitis circumstantiis requisitis, peccet.
- Q. VII A. 1 Utrum beatus in patria possit distincte cognoscere quando sub accidentibus panis est Corpus Christi et quando substantia panis.

- A. 2 Utrum beatus possit videre in Verbo aliquid non perti-
nens ad eius beatitudinem essentialem.
- Q. VIII Utrum in aliquo existente in peccato mortali et de illo
penitente requiratur contritio vel confessio secundum
leges communes ad hoc quod eius peccatum deleatur.
- A. 1 Utrum contritio et confessio ad hoc quod sit meritoria
ad delendam culpam mortalem vel ad merendum pre-
mium inprimis requiratur quod fiat in caritate.
- A. 2 Respondere ad formam questionis et ad argumenta
principalia.
- Q. IX Utrum Deus possit hominum corpora resuscitare ad
modum quo creditur ea resuscitari sine aliquo alio
miraculo ab illo.
- A. 1 Utrum in resurrectione generali resurgent aliqua corpo-
ra que nunquam fuerunt, ante istam resurrectionem
corporum, humana.
- A. 2 Utrum per sententiam latam in extremo iudicio aliquod
bonum accresceret bonis et aliquod malum malis.
- Q. X Utrum per suffragia facta ab omnibus fidelibus hic pro
animabus existentibus in purgatorio anime iste citius
liberentur a pena quam si non fierent illa suffragia pro
illis.
- A. 1 Utrum specialia suffragia specialiter facta pro certis
personis vel animabus existentibus in pena purgatorii
plus valeant illis pro quibus specialiter fiunt quam aliis
eque bonis pro quibus specialiter non fiunt, et qui
tantum in hac vita meruerunt sicut ille.
- A. 2 Respondere ad formam questionis et ad argumenta
principalia.

Part of another Question is added by E (ff. 38r-39v). The titles of this Question and its articles are given in the text of E (f. 38rb) and in its index (f. 73rb). They are as follows:

- Q. Utrum veritatis visione libertas videatur in homine.
- A. 1 Ad sciendum contingens in rebus contingentibus, an
intellectus divinus determinetur per voluntatem.
- A. 2 Utrum quodcumque contingens creatum voluntas divi-
na necessitet ad essendum.

- A. 3 Utrum velle liberum arbitrium divine voluntatis efficiat voluntatis create omnem voluntatem creatam libera voluntate agi.
- A. 4 Utrum voluntatem creatam libere voluntas Dei libera agat velle.

In fact, however, only the first article is to be found. Though the format of the article, and the hand in which it is written, are the same as in the other ten questions, this article is not the work of Monachus Niger but of Osbert Pickenham, an English Carmelite²).

Text

In order to give an idea of what the Black Monk taught I have transcribed the first article of the first Question. The four manuscripts containing this article are all fairly good, but the best is C. Accordingly C (ff. 82ra-83va) is transcribed here, corrected by the other three manuscripts, usually F. The scribe has frequently written a stroke above *gn*; this has not been indicated in the notes. I have also numbered the sections of the article to facilitate reference to it.

UTRUM OMNIS CREDENS NON SICUT ECCLESIA CREDIT ERRET IN CREDENDO NECESSARIA^a AD SALUTEM

1. Quod non, quia in articulis aliquibus necessariis ad salutem aliquis non tenetur credere sicut ecclesia credit vel tenetur credere. Igitur credens non sicut ecclesia credit non errat eo quod nullus errat^b in credendo que tenetur credere.
2. Primum assumptum patet quia ecclesia tenetur credere se esse in caritate, et aliquis tenetur credere se non esse in caritate^c. Probo quia capio aliquem existentem in peccato mortali. Iste tenetur se credere esse in peccato mortali quia tenetur de illo penitere, et non tenetur

^a sic F: necessario C

^b sic F: errat post credendo C

^c sic F: et ... caritate omittitur C

²) F. Stegmüller, *Repertorium Commentariorum in Sententias Petri Lombardi* (Würzburg, 1947) no. 613, pp. 296-297; no. 993, p. 444. See also B.M. Xiberta, *De Scripturis scholasticis s. XIV ex ordine Carmelitarum* (Louvain, 1931) 279.

penitere nisi de illo quod scit esse peccatum mortale; igitur et sequitur: tenetur credere se esse in peccato mortali. Igitur tenetur credere se esse extra gratiam.

3. Preterea, ecclesia credit vel tenetur credere se esse in fide recta et aliquis non tenetur sic credere. Patet de infideli qui tenetur^d credere se esse extra fidem ecclesie, qui non erraret in sic credendo quia tenetur ad hoc; et etiam^e se esse extra fidem est verum. Igitur etc.
4. Quod autem ecclesia teneatur credere pro primo argumento (2) quod sit in caritate patet quia tenetur credere se esse extra peccatum mortale, loquendo de iustis in ecclesia. Igitur tenetur se credere esse in caritate. Et eodem modo probatur quod tenetur credere se habere fidem quia tenetur credere se esse fidelem. Quod autem infidelis teneatur credere se esse extra fidem probo quia tenetur fidem quam habet dimittere et fidei cristiane adherere. Igitur tenetur credere se illa carere.
5. Ytem, ecclesia non tenetur credere se habere aliquid^f in mente, vel cogitare de tali, per quod secundum leges divinas esset digna dampnationis eterne. Ista patet per duo argumenta precedentia (3-4) quia tenetur se credere esse in caritate et fide. Et tamen aliquis tenetur credere se habere in mente aliquid per quod secundum leges divinas esset dignus dampnationis eterne et in hoc non erraret quia tenetur ad hoc. Assumptum patet de aliquo penitente de aliquo mortali, qui tenetur credere, quando primo penitet de illo, se habere in anima sua, vel cogitare, aliquid^g per quod esset dignus dampnationis eterne; igitur.
6. Item, ecclesia tenetur credere se non habere tale velle quo vellet totam ecclesiam et eius fidem destrui. Sed aliquis tenetur hoc credere. Patet in casu de aliquo qui vellet^h totam fidem et ecclesiamⁱ annihilare^j si posset. Et talis credens se tale velle habere non erraret quia tenetur ad hoc. Et potest argui de multis aliis peccatoribus ut de occisoribus Christi et de blasphematoribus^k Christi et de aliis que tangunt eandem difficultatem.

^d sic F: se additur C

^e et etiam F: etc. C

^f sic E: aliquid omittitur C

^g sic F: aliquid omittitur C

^h sic F: vellet omittitur C

ⁱ sic F: ecclesia C

^j annihilare C

^k blasphematoribus C

7. Preterea, ecclesia militans que incepit a Christo et eius apostolis, qui dicuntur^l primi fundatores ecclesie militantis (Extra., in 6, De Verborum Significatione^m, «Exiit»)³), tenetur se credere nec precedere nec precessisse incarnationem Dei. Sed aliquis, posito casu possibili, teneretur ad hoc. Patet, si Abraham vel aliquis de antiquis resuscitaretur, primum assumptumⁿ quia tenetur credere^o se ante Yesum incarnatum diu ante esse.
8. Preterea^p, ecclesia tenetur credere quod non oporteat eam de necessitate salutis conteri de aliquo peccato actuali (quod dico propter peccatum originale) nisi de peccato quod ipsa commisit. Satis patet. Sed aliquis tenetur credere oppositum istius et non errabit ex quo tenetur ad hoc. Probo quia pono casum quod anima, exuta a corpore cum mortali peccato, postea ponatur in corpore alterius hominis et ponatur^q in communi statu viatoris. Tunc ille homo compositus ex illo corpore et illa anima tenetur de necessitate salutis conteri de peccato in quo illa anima recessit ab alio corpore et tamen iste homo numquam commisit illud peccatum. Satis patet ad propositum.
9. Preterea, omnis^r homo tenetur credere que nullus alius homo habet et tenetur credere; nec errabit in hoc, ut prius. Igitur credens non sicut communitas fidelis vel ecclesia credit non errat. Primum patet ad sensum quia est una universalis cuius quelibet particularis est vera. Patet: iste homo (quocumque demonstrato) tenetur credere seipsum posse salvari et posse resurgere in die iudicii^s; et sic de multis aliis; et tamen nullus alius tenetur quia sic teneretur ad^t falsum^u, posito quid ly «seipsum» demonstraret^v illum primum quem semper demonstravit. Igitur.

^l sic F: ecclesia additur C

^m sic E: Extra., de verbi p's C

ⁿ assumptum C

^o quia tenetur credere repetitur C

^p sic B: propterea C

^q sic F: in corpore ... et ponatur omittitur C

^r sic F: omnis omittitur C

^s sic F: iudicii omittitur C

^t sic F: ad repetitur C

^u sic F; fu^m C

^v demonstraret C

³) Boniface VIII, *Liber Sextus*, lib. V, tit. XII (De Verborum Significatione), cap. 3 ("Exiit"); in *Corpus Iuris Canonici*, ed. E. Friedberg (Leipzig, 1879; repr. Graz, 1959) vol. 2, col. 1110.

10. Preterea, ponatur quod Sor per predicationem vel suasionem credat quod Sor non credat sicut ecclesia credit, vel credat non sicut ecclesia credit. Quo posito, patet quod ille credit non sicut ecclesia credit et tamen non errat. Quod autem credat non sicut ecclesia probo sic quia ipse credit falso. Probatio quia, si Sortes non credat sicut ecclesia credit, igitur hec est vera, si formetur^w: Sor recte non credit, et Sor credit illi vero; igitur credit sicut ecclesia credit. Et per consequens hec erit falsa: Sor credit non sicut ecclesia; et illi credit Sortes; igitur Sor credit falso. Quod autem sic credendo Sor non erret probo quia ita est a parte rei sicut denotaretur per propositionem creditam ab eo. Igitur non errat. Antecedens patet quia, si creditum ab eo sit verum, tunc non credit, igitur non^x credit sicut ecclesia credit, quia nulli^y falso credit. Et sic patet, sive creditum ab eo sit verum sive falsum, quod ita est a parte rei sicut denotatur per istam: Sor non credit sicut ecclesia credit.
11. Forte diceretur hic quod non sequitur, «Sor non credit sicut ecclesia credit; igitur hec est vera, si formetur^z: Sortes non credit sicut ecclesia credit». Non enim sequitur «Tu es Rome; igitur hec est vera: tu es Rome» quia, ponatur quod aliquis obligetur ad istam, «Tu es Rome», que est falsa, non habet concedere quod hec sit vera, «Tu es Rome», quia iam falsa est.
12. Preterea, quod consequentia (11) sit falsa probo quia, ponatur quod nulla propositio sit, non sequitur, «Nulla propositio est; igitur hec est vera, si formetur: nulla propositio est», quia, si hec esset vera, aliqua propositio esset vera et per consequens hec non esset vera: nulla propositio est.
13. Preterea, sic ponatur quod Deus destruat omnes creaturas, non sequitur: «Deus destruxit omnes creaturas; igitur hec est vera: Deus destruxit omnes creaturas». Quia sequitur: «Hec est vera; igitur aliqua propositio est vera». Et sequitur: «Aliqua propositio est vera; igitur aliqua propositio est; igitur aliqua creatura est». Et sequitur: «Aliqua creatura est; igitur Deus non destruxit omnes creaturas».
14. Preterea, antequam Deus creavit mundum, nihil fuit preter Deum. Et tamen non sequitur: «Nihil fuit tunc preter Deum; igitur hec fuisset vera si fuisset formata: nihil fuit tunc preter Deum». Quia ex veritate

^w sic E; formetur *omittitur* C

^x q *additur* C

^y sic F: nullo C

^z si formetur F: Sor movetur C

ipsius sequitur ipsam fuisse falsam. Et contradictoria simul sunt vera, quia sequitur, «Hec propositio fuisset vera; igitur aliqua propositio tunc fuisset; si sic, igitur aliud fuisset preter Deum», et sequitur, «Est vera et fuisset vera: nihil fuit preter Deum; igitur nihil fuit preter Deum», et sic contradictoria.

15. Preterea, per propositionem falsissimam potest sic denotari alicui sicut est a parte rei, et tamen ista propositio est falsa. Primum patet ad sensum quia aliquis per istam propositionem «Deus non est» potest intelligere quod homo sit animal, quod aliquis per omnem propositionem potest intelligere hominem esse animal. Igitur. Et tamen ita^a est a parte rei sicut sibi denotaretur per illam propositionem falsam. Igitur.
16. Item, posito quod hec consequentia esset bona, «Ita est a parte rei sicut denotatur per propositionem; igitur hec est vera etc.», sequeretur quod aliquis nesciens Grecam lingwam plures propositiones Grecas sciret veras quam maxime expertus in illa lingua. Consequentia patet sic quia, ponatur quod aliquis ignorans lingwam Grecam per omnem propositionem Grecam sibi propositam sive veram sive falsam intelligeret Deum esse, et sciens lingwam Grecam solum sciret propositiones veras in illo ydiomate, tunc patet quod ita est a parte rei sicut denotatur per omnem propositionem Grecam; igitur omnis talis est vera, et illas scit et alius non scit. Igitur etc.
17. Preterea, ponatur quod A, propositio, significet Sortem esse cecum, qui tamen est videns. Tunc sic A significat sicut est a parte rei; igitur A est verum parte; et tamen ex casu A est falsum. Quod autem A significet sicut est a parte rei probo quia A significat aliquem hominem esse cecum^b et ita est, ponatur quod Plato sit cecus. Ad sensum patet quod A significat Sortem esse cecum; igitur significat aliquem hominem esse cecum.
18. Forte diceretur hic sicut apparenter posset dici, ut videtur, quod ista consequentia non valet, «A denotat Sortem esse cecum; igitur denotat vel significat aliquem hominem esse cecum», nisi poneretur quod A significet tam illud antecedens quam illud consequens. Non tamen valet de forma quia sequeretur quod illud idem significatum antecedentis esset significatum consequentis et sic periret ordo quo ad significata, inter superius et inferius.

^a sic F: illa C

^b qui additur C

19. Contra: A vel significat aliquem hominem esse cecum vel nullum hominem esse cecum, quia ista sunt contradictoria. Si igitur A significat nullum hominem esse cecum, igitur significat istum hominem non esse cecum, et illum, et sic de singulis, contra casum. Preterea, aliquid significatur esse cecum per A, et non aliud quam aliquis homo. Igitur aliquis homo significatur esse cecus par A.
20. Consequenter, tenendo primam rationem (19), potest dici ad primam quod, ex quo iste terminus «significat» potest addi toti dicto propositionis sicut et uni propositioni, sic videtur fatere sensum compositum ut iste sit sensus illius propositionis: «A significat illud totum dictum sequens: nullum hominem esse cecum; vel istud dictum, aliquem hominem esse cecum». Sic potest dici quod A nec significat nullum hominem esse cecum nec aliquem hominem esse cecum. Et iste sensus est proprius.
21. Alius sensus potest haberi^c talis: A significat aliquid quod nec est «aliquis homo cecus» nec «nullus homo cecus». Vel, melius: A significat aliquid ex quo nec sequitur quod «aliquis homo est cecus» nec «nullus homo est cecus»; et iste sensus est falsus quia A significat Sortem esse cecum, ex quo sequitur aliquem hominem esse cecum. Et iste postest vocari sensus divisus.
22. Exemplum ponatur quod Sortes tantum dicat istam propositionem: Petrus est in caritate. Et arguatur sic: Sortes vel dicit aliquem hominem esse in caritate vel dicit nullum hominem esse in caritate. Si primum dicit, igitur non tantum Petrum dicit esse in caritate. Si secundum, igitur non dicit Petrum esse in caritate, quod repugnat casui. Ideo potest dici sicut prius quod, si istud verbum addatur toti dicto, tunc nec dicit aliquem hominem esse in caritate nec nullum hominem esse in caritate, sed tantum dicit istud dictum «Petrus esse in caritate». Si accipiat quod ipse non dicit aliquid ex quo sequitur aliquem hominem esse in caritate vel nullum hominem esse in caritate, tunc sensus est falsus quia dicit Petrum esse in caritate.
23. Ad secundum (19), quando dicitur quod aliquid significatur esse cecum per A etc., potest dici ad istud sicut ad precedens quod, si ly «denotatur vel significatur» addatur isti dicto «aliquid esse cecum», tunc propositio est falsa quia per illud nihil significatur nisi istud dictum, «Sortem esse cecum».
24. Sensus alius (21): quod ex illo quod significatur per A sequitur

^c sic F: habere C

aliquid esse cecum, et sic hec est vera. Quod autem talis consequentia simpliciter non sit admittenda: tale significatum significat antecedens; igitur et consequens. Patet in exemplo. Ista consequentia est bona: Deus non est trinus et unus; igitur Deus non est trinus et unus, vel Deus est. Capiod^d precise illud quod significat antecedens, et sit A. Arguo sic: A significat Deum non esse trinum et unum; igitur A significat Deum non esse trinum et unum, vel Deum esse. Quia consequentia^e illa valeret, sequeretur quod^f A esset verum quia significaret sicut est a parte rei ex sua prima institutione.

25. Sed non obstantibus rationibus predictis probantibus quod non sequitur, «Ita est a parte rei sicut significatur per propositionem; igitur propositio foret vera si formaretur», teneo: ubi ex positione propositionis in esse non sequitur eam esse falsam ita quod ex^g ipsamet sequitur eam esse falsam, sicut est in talibus propositionibus, «Ego bibo» (si proferantur in voce), «Ego sum mortuus»^h, «Ego non loquor», et huiusmodi (in voce), quas nemo potest proferre nisi quando sunt falsa, et posita alia conditione, scilicet quod ita est a parte rei sicut denotatur esse ex sua prima institutione, tunc concedo istam consequentiam: ita est a parte rei sicut denotatur per propositionem; igitur talis propositio sic significans est vera, additis duabus conditionibus precedentibus.
26. Etⁱ ideo ad primum in oppositum (11) respondeo. Quando accipitur, «Tu es Rome; igitur hec est vera: tu es Rome», concedo consequentiam. Et ultra ponatur quod aliquis obligetur ad sustinendam istam, «Tu es Rome», que iam est falsa. Non habet concedere istam, «Hec est vera: tu es Rome». Dico quod, non obstante quod sit falsa, ex quo habeo sustinere istud antecedens tanquam verum habeo sustinere consequens tanquam verum. Ista enim consequentia est bona: «Ita est a parte rei sicut denotatur per istam, 'Tu es Rome'; igitur hec est vera; Tu es Rome», nisi in duobus casibus predictis quia si propter hoc, quod illud positum est falsum, haberes negare illud positum esse^j verum, igitur verum propositum tanquam^k inperitens est concedendum.

^d capio repetitur C

^e sic F: o na C

^f sic F: quia C

^g sic B: ex omittitur C

^h sic E: motivus C

ⁱ Et E: Set C

^j esse F: est C

^k sic F: tanquam omittitur C

27. Ponatur quod sit verum quod sis Londini^l simul cum hoc quod sis obligatus ad istud: Tu es Rome. Tunc sic hec est vera: Tu es Londini; igitur tu es Londini. Ista consequentia est bona. Probatio quia sequitur: hec est vera (Tu es Londini); igitur ita est a parte rei sicut denotatur per eam, sed ita esse a parte rei est quod tu es Londini, et illud repugnat proposito. Igitur habes pro tempore obligationis concedere repugnans posito^m, quod non videtur. Et per consequens videtur quod, non obstante quod aliquid sit verum, debet tamen negari esse verum pro tempore obligationis. Et, si sit falsum, debet concedi esse verum pro tempore illo.
28. Ad secundum, tertium, et quartum (12-14), similiter potest dici quod, quia ex positione istarum propositionum ibi sumptarum in esse sequitur eas esse falsas sicut patet discurrendo per singulas, ideo non sequitur: ita est a parte rei sicut denotatur per tales propositiones; igitur sunt vere.
29. Ad quintum (15) etⁿ sextum (16), patet quia, licet ita sit sicut denotatur per tales propositiones ibi acceptas tamen^o non est a parte rei sicut denotatur per propositiones acceptas ex sua prima institutione (licet ita denotetur esse alicui, non tamen hoc est ex sua prima institutione), et ideo non sequitur formaliter, «Ita est a parte rei sicut denotatur per propositionem; igitur propositio est vera», nisi addatur quod ex positione talis propositionis in esse non sequitur eam esse falsam et quod ita est ex sua prima institutione, et ita potest negari pro reliqua.
30. Ad oppositum istius questionis arguo et probo quod sic credens non sicut ecclesia credit errat in credendo necessaria ad salutem quia omnis qui non credit illis que sunt credenda secundum determinationem ecclesie errat in credendo necessaria ad salutem. Ista patet quia unus de articulis est credere in sanctam ecclesiam, sed omnis credens non sicut ecclesia credit non credit illis que sunt credenda secundum determinationem ecclesie. Hec patet quia nihil aliud est credere ecclesie nisi credere determinatis ab ecclesia.
31. Prima ratio quare credendum est aliis articulis est quia credendum est^p sicut ecclesia credit. Igitur, si non erraret non credendo sicut

^l sic F: Lāndon, Lōndōn, Londōn, in ista sectione C

^m posito F: po^{te} C

ⁿ sic F: et omittitur C

^o quia additur C

^p sic F: est omittitur C

ecclesia credit, et per consequens non credendo aliis articulis, non erraret. Ista consequentia patet. Antecedens probatur per Augustinum⁴⁾ in libro suo contra epistolam Fundamenti^q.

32. In ista questione erunt tres articuli. Primus est respondere ad questionem. Secundus, utrum cum habitu credendi vel quocumque alio habitu morali stet error in intellectu respectu illorum ad que habitus inclinatur. Tertius est movere dubia.
33. Est igitur primus articulus respondere ad questionem circa eius solutionem. Primo ponam conclusiones aliquas ex quibus poterit patere responsio ad questionem. Prima conclusio est ista: quod aliquis homo tenetur simul credere se esse in caritate et se esse extra caritatem. Patet quia existens in peccato mortali tenetur credere se esse extra caritatem quia tenetur credere se esse in peccato mortali; igitur tenetur credere se esse extra caritatem. Et quod tunc teneatur credere se esse in caritate patet quia tunc tenetur esse in caritate; igitur non tenetur de aliquo penitere^r mortali; igitur non tenetur credere se esse in mortali; et per consequens tenetur credere se esse in caritate.
34. Item secundo sic: quilibet existens in peccato mortali tenetur conteri de illo; igitur tenetur credere se esse extra peccatum mortale. Consequentia patet, loquendo de contritione satisfaciente pro peccato, quia nisi, quando conteritur, estimet vel credat se esse extra peccatum mortale non est sufficienter contritus ita quod ad veram contritionem requirit^t estimatio quod est extra peccatum virtute sacramenti penitentiae.
35. Forte instabis sic: iste tenetur credere se esse in caritate, igitur tenetur non credere se esse extra caritatem, quia quamdiu tenetur credere isti, «Ego sum in caritate», tenetur discredere huic, «Ego sum extra caritatem», quia iste due credulitates repugnant, quibus aliquis crederet se esse in caritate et se esse extra caritatem. Pari ratione teneretur credere simul se esse in caritate et teneretur non credere se esse in caritate.
36. Preterea, si existens in peccato mortali teneretur habere caritatem

^q epistolam Fundamenti E: opusculum Pinda^{ti} C

^r cum habitu F: ad habitum C

^s penitere E: ponitere C

^t requirit C

⁴⁾ *Contra Epistolam Fundamenti*, cap. 4; in *Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum*, ed. J. Zycha (Vienna, 1891) pp. 196-197.

pro tunc, sicut dictum est, sequeretur quod teneretur ad impossibile quia impossibile est eum esse in caritate et in mortali.

37. Ad primum (35), concedo istas conclusiones, scilicet quod existens in peccato mortali simul tenetur credere se esse extra caritatem et tenetur non credere se esse extra caritatem; et eodem modo quod simul tenetur credere se esse in caritate et tenetur non credere se esse in caritate. Et concedo quod ex illa culpa obligatur credere contradictoria (et ideo horrendum est esse in peccato mortali).
38. Ad secundum (36), concedo quod^u eodem modo ex sua culpa obligatur ad impossibile, et ad hoc ponitur exemplum Anselmi de illo qui obligatur ad faciendum mandatum domini sui si gratis cadit in foveam quod, iacens in fovea, non excusatur ex impotentia quin tunc tenetur implere mandatum domini sui, sed tamen pro tunc est sibi impossibile; ut patet in libro *Cur Deus Homo*, capitulo 22^{ov}. Et ad hoc est quod dicit Philosophus tertio *Ethicorum*, scilicet de ebriis quod duplices inculpationes mereantur^w: et quia inebriaverunt^x se et quia fecerunt mala in ebrietate licet pro tunc vitare non poterant quia carebant usu rationis⁵⁾.
39. Ex ista secuntur tales conclusiones: prima est quod aliquis tenetur credere se esse Dei amicum^y et credere se esse Dei inimicum^z simul; aliquis tenetur et credere se esse in via salutis et in via dampnationis; aliquis tenetur credere se esse simul bonum et malum, iustum et iniustum, etc.
40. Secunda conclusio est quod aliquis tenetur credere aliquid propter quod est dignus pena eterna. Hec^a conclusio patet quia existens in peccato mortali tenetur credere istud: quod est in peccato mortali et quod est extra caritatem, et propter ista duo est dignus pena eterna.
41. Tertia conclusio est quod aliquis tenetur credere quod tenetur non credere. Patet sic per conclusiones precedentes de existente in peccato mortali qui tenetur credere se esse in peccato mortali et

^u sic F: quod *omittitur* C

^v Lib. I, cap. 24

^w sic F: meratur C

^x sic F: inebriaverut C

^y sic F: amicus C

^z sic F: inimicus C

^a Hec F: H C

⁵⁾ Aristotle, *Nicomachean Ethics*, III, 5; 1113B 29-34.

- tamen tenetur esse extra illud peccatum, quia tenetur credere se esse sufficienter contritum de illo eo quod tenetur ex deliberatione et satis de illo penitere, et per consequens tenetur non credere se esse in peccato mortali, et tamen illud tenetur credere; igitur tenetur credere quod non tenetur credere.
42. Quarta conclusio: quod aliquis tenetur ad aliquid quod tenetur obmittere. Patet, ut precedens, quia existens in peccato mortali tenetur credere se esse in peccato mortali et tamen tenetur illam credulitatem^b obmittere quia tenetur illud non credere.
43. Ex ista sequitur hec corollaria: quod hec consequentia non valet, «Sortes potest licite obmittere A». Sit A credulitas qua quis tenetur credere^d se esse in peccato mortali. Igitur non tenetur habere A. Hec conclusio patet quia, ex precedenti, existens in peccato mortali, et hoc credens, tenetur illam credulitatem obmittere; igitur licite potest illam obmittere. Et tamen simul cum hoc tenetur illam credulitatem habere, et per consequens ista consequentia non valet: Sortes potest licite obmittere A; igitur non tenetur habere A.
44. Est igitur prima conclusio principalis ista, quam tantum recitando dico ad dandum viam iuvenibus ulterius cogitandi, sicut faciam de omnibus et singulis questionibus preter illas que sunt tenende secundum fidem^e ecclesie et bonos mores: prima igitur conclusio est quod aliquis non credens sicut ecclesia credit non errat in credendo necessaria ad salutem. Patet per argumenta facta in questione.
45. Item arguo sic. Aliquis tenetur credere se esse obligatum ad actum carnalis copule, et ecclesia non tenetur hoc credere, ymo oppositum (et hic accipiendo ecclesiam militantem pro congregatione omnium predestinatorum ad vitam eternam existentium in via merendi, vel perfectioribus in illa). Et tamen talis, sic credendo, non errat quia tenetur hoc credere quia tenetur hoc facere, ut in coniugio si petatur coniungi.
46. Preterea, aliquis tenetur credere se mereri non obtemperando sententiis ecclesie, sed ecclesia tenetur credere oppositum, et tamen talis non errat in sic credendo quia tenetur ad hoc. Patet de aliquo qui in privato contraxit matrimonium cum aliqua et post cum alia in facie

^b sic F: incredulitatem C

^c sic B: secū² C

^d sic B: credere omittitur C

^e sic F: et additur C

ecclesie. Debet stare cum prima et credere se mereri cum prima in sustinendo excommunicationes et alias penas illatas ad ecclesia antequam stet cum secunda ad quam cogit eum ecclesia.

47. Tertia ratio ad probandum istam conclusionem: possunt ferri argumenta de omni statu in presenti in ecclesia qui tenetur credere^f se esse obligatum ad multa ad que ecclesia non tenetur, sicut de silentio religiosorum, de obedientia tali, de appropriare tali. Patet etiam de illis ad que obligantur coniugati in ecclesia, et sic discurrendo in singulis qui tenentur multa credere que ecclesia non tenetur credere et tamen non errant.
48. Et ex ista conclusione sequitur alia conclusio: quod ecclesia catholica non obligat nec intendit obligare omnem fidelem ad credendum sicut ipsa ecclesia tenetur credere. Patet sic quia si ecclesia obligaret et intenderet obligare^g homines in casibus de quibus prius argumentum est^h, et hoc iuste eo quod universalis ecclesia non obligat ad credendum nisi quod iuste obligat et iuste est credendum, sequitur quod tales non obtemperantes errarent, cuius oppositum probatum est.
49. Preterea, si tales obligarentur credere, etc., tunc non tenerenturⁱ credere oppositum quia, si tenerenturⁱ ad utrumque contradictorium^j et non possunt^k utrumque perficere, sequitur quod^l obligarentur ad impossibile sine culpa sua, quod addo quia forte aliquis ex culpa sua obligatur ad impossibile, sicut dictum est quod existens in peccato mortali obligatur ad habendum caritatem pro tempore pro quo est in peccato mortali et tamen non potest habere.
50. Preterea, sequeretur quod ecclesia intenderet obligare tales ad peccatum mortale, quod non videtur conveniens. Consequentia patet quia facere opposita illorum ad que tenetur de necessitate salutis est peccare mortaliter, quia obligat se ad penam eternam. Si igitur ecclesia intenderet obligare tales ad illud quod credit, quod est oppositum illius^m ad quod obligantur de necessitate, sequitur quod ecclesia intenderet obligare tales ad peccandum mortaliter.

^f sic F: credere *omittitur* C

^g sic F: omnem fidelem ... obligare *omittitur* C

^h sic F: est *omittitur* C

ⁱ sic F: t'en'en² C

^j sic F: contradictoriarum C

^k sic F: possunt C

^l sic F: quod *omittitur* C

^m sic F: illius *omittitur* C

51. Tertia conclusio est ista: quod utramque partem contradictionis licitumⁿ est credere sine errore quocumque. Patet quia ista est universalis cuius utraque singularis est vera. Probo quia capio ista contradictoria: Sortes est extra caritatem, Sortes non est extra caritatem. Istam partem tenetur aliquis credere, ut patet argumento principali, «Sortes est extra caritatem»; et aliam partem, scilicet, «Sortes non est extra caritatem», quod credere licitum^o est. Igitur.
52. Ad istam conclusionem possunt formari argumenta consimilia discurrendo per materias tactas in argumentis probantibus primam^p conclusionem.
53. Quarto conclusio est quod aliquis credens non sicut ecclesia, vel sicut ecclesia obligat vel intendit eum obligare ad credendum, errat in credendo necessaria^q ad salutem. Probatur sic: ecclesia intendit obligare hominem ad ea sine quibus non posset salvari; igitur credens non isto modo errat. Conclusio est plana quia, ex quo sine talibus non posset salvari si obmittat illa, maxime si adhereat oppositis istorum, errat. Antecedens patet quia ecclesia corrigit et corripit et punit omnem errantem in hiis que sunt sibi necessaria credenda, ad hoc quod salvetur.
54. Preterea, Omnis talis est hereticus qui non credit sicut ecclesia determinat eum credere. Igitur omnis talis errat. Consequentia patet, antecedens etiam, secundum communem acceptionem termini.
55. Preterea, si homo sine errore posset credere non sicut ecclesia intendit, et maxime oppositis istorum, sequeretur quod non esset stabilis status fidei; ymo quilibet posset concedere articulos fidei sicut placeret sibi, et revocare, et facere omnes hereticos qui articulis predictis adhererent.
56. Preterea, ista conclusio probatur per duo argumenta (30-31) facta ad oppositum questionis tangentia fidem et auctoritatem ecclesie.
57. Per predictas conclusiones potest evidenter apparere quid dicendum est ad questionem quando queritur utrum omnis credens non sicut ecclesia credit erret in credendo necessaria^r ad salutem.
58. Intendo per ecclesiam ecclesiam militantem, scilicet congregationem omnium fidelium salvandorum existentium in via merendi, vel

ⁿ sic F: licite C

^o sic F: licite C

^p sic F: unam C

^q sic F: necessario C

^r sic F: necessario C

perfectiorem partem ipsius congregationis, sicut est congregatio prelatorum in ecclesia qui ratione status debent esse perfectiores, et congregatio religiosorum et aliorum perfectiorum. Et sic accipiendo ecclesiam patet quod ecclesia multa credit ad que aliquis alius non tenetur; et, per consequens, si non credit talia, non errat; et pro ista parte sunt argumenta facta in principio questionis. Accipiendo eodem modo, etc., sicut prius, patet quod omnis credens, et non sicut ecclesia obligat et^s intendit eum obligare, errat in sic credendo, sicut patet per conclusionem ultimam et eius probationes; et pro ista parte sunt argumenta facta ad oppositum questionis.

Analysis of the text

The article asks whether a person not believing as the Church believes, in matters necessary for salvation, is in error. The author makes it clear that he thinks that what the Church believes is true and that it is erroneous to believe other than what the Church believes (30, 31, 53-58); yet his chief conclusion is that a person not believing as the Church believes is not in error (4). Let us consider one of the arguments by which he arrives at this conclusion (1, 2, 4). Take a person in mortal sin. He is bound to believe that he does not possess love of God; and the Church (speaking of upright persons in the Church) is bound to believe that it possesses love of God. So such a person does not believe what the Church believes. Moreover, what he believes is true; he is not in error. Thus a person not believing as the Church believes is not in error.

This fallacy is basic to the article. Several similar fallacies are presented which lead to the same conclusion (3, 5-9, 45-47). A related fallacy shows that, if Socrates believes that he does not believe as the Church believes, he does not believe as the Church believes even if what he believes is what the Church believes, and is true (10).

The author is aware that a difficulty arises in accepting a conclusion if a premise leading to it is self-contradictory, as would be the proposition "I am not speaking", if it were spoken, or the proposition "There is no proposition" (11-14, 28). He therefore leaves such propositions aside. A difficulty arises also if a person misunderstands a proposition so as to give it a quite different meaning (15-16, 29). Such propositions are also left aside. A difficulty arises too in accepting a conclusion following from a false premise. The author teaches that one

^s sic F: et omittitur C

must accept the premise and the conclusion as true while one is dealing with the argument (25-27).

The author also raises a problem concerned with drawing the conclusion "Some man is blind" from the statement "Socrates is blind" (17-24). We may, for our purposes, leave this problem aside.

An extension is then made of the fallacies mentioned previously. A person in mortal sin is bound to believe that he is in mortal sin. He is also bound to believe that he is not in mortal sin: he is bound to possess love of God, and, if he is so bound, is not bound to repent of mortal sin, and thus is bound to believe he is not in mortal sin (33-34). This, of course, means that he is bound to believe contradictories (37, 39, 51-52). And also that he is bound to the impossible, because he is bound to possess love of God while he is in mortal sin (35-36, 38).

Once it is established that a person is bound to believe contradictories, we need not be surprised by other problems he faces: he is bound to believe something which makes him worthy of eternal punishment (40); he is bound to believe what he is bound not to believe (41); he is bound to do what he is bound not to do (42); he cannot set aside his belief that he is in mortal sin because he is bound to have this belief (43).

Of course, since believing what the Church believes leads to what is impossible, the Church does not oblige the faithful to believe what it believes; that would be unjust (48-50).

The Black Monk does not believe what he has written. He has put it down in order to make the young men studying under him think further (44). He says that he will do this in all his questions, except those which faith or good morals require to be treated otherwise (44). However, if he can write that the Church obliges persons to mortal sin (50), it is hard to see what questions could escape being turned into logical puzzles.

Conclusion

In the early sixteenth century Luis Vives poured scorn on the logicians at Paris who spent all their time in unprofitable wordgames⁷).

⁶) This same purpose is pointed out in Question I, article 3, dub. 1, where the author, for pedagogical purposes only, defends the position that one may believe both parts of a contradiction: "Et ad istud dubium respondeo et dico, sicut prius recitando, istam conclusionem, quod utramque partem contradictionis licitum est credere" (c. f. 84va-b). The same purpose is found in III, 3: "... solutionem ... quam dico tantum recitando et dando viam iuvenibus ulterius cogitandi..." (c. f. 105rb).

⁷) "Against the Pseudo-Dialecticians", *Renaissance Philosophy*, ed. L.A. Kennedy (The Hague, 1973) 69-108.

What would he not have said about a theology teacher doing the same, had Vives lived earlier? The Black Monk uses as an excuse that his students are young, but we must remember that they were graduate students; their logic days were far behind them. When he draws the conclusion referred to earlier that a person in mortal sin is bound to believe contradictories, he warns his pupils, no doubt as a joke, that they should avoid mortal sin because it has such a serious consequence (37). No mention of the loss of love of God, or of eternal separation from Him: the joke is rendered non-humorous by its context.

The fact that this Commentary was read by Gregory of Rimini, John Hiltalingen of Basel, and Adam Junior, and that at least five copies of it existed, is evidence that the Black Monk was taken seriously in the fourteenth century. There were other writers like him in England and in Paris at this time. Damasus Trapp, the discoverer of our Black Monk, has written of them as wanting "to enliven the scholastic atmosphere" by venturing "into dangerous and sensational overstatements", expecting their "students to discover the flaws of reasonings that pretended to be unassailable"⁸). According to Trapp, these men were not theological sceptics but philosophical sceptics, fideists⁹). Two of them were Nicholas of Autrecourt at Paris¹⁰), and Nicholas Aston at Oxford¹¹).

It would seem that the Black Monk was in the same category. I would think that he believed in Christianity as taught by the Catholic Church, despite the fact that "logical manœuvres are carried" by him "into the very sanctuary, with a lightheartedness that borders on sacrilege"¹²); yet he reduces theology to a subject worthy of study only as a logical exercise. Theological reasoning is not valued; one would have to say it is degraded. And philosophy is also rendered impotent. The Black Monk argues in another text in his commentary on the *Sentences* (III, 1) that it is not a purely philosophical matter to posit that a substance exists in nature, that a substance can be distinguished from

⁸) "'Moderns' and 'Modernists' in MS Fribourg Cordeliers 26", *Augustinianum*, V (1965) 241.

⁹) *Ibid.*, pp. 241-242.

¹⁰) L.A. Kennedy, *The Universal Treatise of Nicholas of Autrecourt* (Milwaukee, 1971).

¹¹) Damasus Trapp, "Augustinian Theology of the 14th Century", *Augustiniana*, VI (1956) 229-231.

¹²) "'Moderns' and 'Modernists' in MS Fribourg Cordeliers 26", *Augustinianum*, V (1965) 269-270.

accidents, that there are causes, or that whatever is moved is moved by another. One of the chief reasons for this philosophical scepticism is the possibility of miraculous divine intervention in the world; the miracle of the Eucharist shows that such intervention is possible¹³).

Circa solutionem istius dubii, primo ponam istam conclusionem: quod non est purum philosophicum ponere aliquod Primum in entibus. Et voco hic purum philosophicum quod homo habens usum rationis et bona naturalia, ut bonum ingenium^a, bonum intellectum, et huiusmodi, per deductionem naturalem circumscripta fide vel secta haberet dicere istam conclusionem. Probo quia, esset philosophicum purum quod esset unum Primum, vel hoc posset deduci ex ratione naturali quod esset substantia, vel accidens. Non accidens quia est imperfectius substantia, et Primum non esset imperfectius aliis. Nec quod esset substantia quia naturaliter substantia cognosci non potest, quia sic posset in Sacramento Altaris cognosci^{aa} quando esset ibi panis et quando non.

Ex ista conclusione sequitur alia, quod non est purum philosophicum ponere aliquam substantiam esse in rerum natura. Probo quia nihil ponendum naturaliter^b nisi illud ad cuius notitiam potest quis naturaliter venire. Sed ad notitiam substantie non potest quis naturaliter venire, ut prius patet.

Ex ista sequitur correlative hic quod non est purum philosophicum ponere substantiam distingui ab accidentibus. Probatur per precedentia et aliter. Et probo: nihil debet poni distingui ab aliis a naturali nisi ad quod experientia potest extendi vel de quo potest experientia haberi; sed de nulla substantia potest haberi experientia; igitur non est ponenda substantia; igitur.

Preterea, quidquid fit per substantiam potest fieri per accidentia. Igitur substantia etc. Consequentia patet quia, si oportet substantiam poni, igitur propter aliquid aliud quod non valerent accidentia. Antecedens probo sic: quia, hostia consecrata in altari, una reficeret hominem, vel posset aliquod pondus portare si essent multe. Et eodem modo foret de muro si substantia sua fuisset transsubstantiata, quia illa portaret tectum domus et deffenderet nos ab estu et tempestate sicut posita sua substantia, quia tantam duritiem et spissitudinem haberet tunc

^{aa} sic E, F: cognoscere C

^a sic F: ingei^m C

^b precedenti additur C, F

¹³) This is the text of C, f. 100r, corrected by E and F.

sicut nunc habet. Et per consequens eodem modo accidentia^c ista, similiter posita, ita veras actiones habent sine substantia sicut cum illis. Et ita posset esse in aliis, quod omnem actionem quam modo habet homo, ut intelligere et velle et sentire etc., posset^d facere^e per sua accidentia sicut modo facit per suam substantiam.

Alia est conclusio quod non^f est pure philosophicum ponere causas esse in mundo etc., positis substantiis et accidentibus. Patet quia non potest probari aliquid esse causam nisi quia ad actionem talis rei sequitur aliam rem de novo capere suum esse. Sed ista conclusio non videtur: ista res agit et alia producitur de novo; igitur producitur ad actionem eius. Vel: igitur istud est causa istius. Quia sic sequeretur quod sol esset causa istius anime rationalis quia producitur quando sol agit. Nec potest probari quod approximatio et actio sua facit rem de novo produci quia frequenter agens nititur quantum potest et tamen nihil produxit.

Contra: experimentum est ad positionem ignis et approximationem ad calefactibile sit calor de novo, et non posito igne non fit calor ille. Igitur potest probari ignem esse causam caloris; et eodem modo arguo de aliis causis naturalibus.

Ad istud concedo quod experimentum est quod calor fit quando ignis approximatur calefactibili. Sed non sequitur: experimentum^g est calorem poni in esse ad presentiam ignis; igitur ex hoc potest probari ignem esse causam caloris. Quia experimentum est quod, existentibus tenebris, homo timet et horret; igitur ex hoc potest probari quod tenebre aliquid causant, cum tenebre nihil sint. Et eodem modo est de cecitate que causat timiditatem in ceco, et tamen nihil potest causare.

Ad secundum per idem respondeo quod ista consequentia non valet: primum non est; igitur primum movens non est. Sed dico quod Aristoteles numquam probavit impossibilitatem consequentis. Nec probat pure philosophice quod omne quod movetur movetur ab alio, quia non potest naturaliter probari adesse movens, licet experimento^h possit sciri quod aliquid movetur; quia non potest probari movens esse

^c sic F: acci^f C

^d sic F: posset *omittitur* C

^e facere *omittitur* C, E, F

^f sic E, F: modo C

^g sic E, F: *omittitur* C

^h sic F: experimentum C

substantiam vel accidens, quod tamen presupponitur ante omnem processum philosophicum.

Is the Black Monk making use of these sceptical philosophical arguments simply to give his students skill in disputation, or does he really accept them? The answer is likely to be found by pondering on what he has done throughout his work: made theology and philosophy the handmaidens of logic. He gives strong evidence of the "speculative lassitude" Etienne Gilson detected in the fourteenth century¹⁴). If the Black Monk were not a philosophical and theological sceptic, how could he have composed this *Commentary on the Sentences*?

LEONARD A. KENNEDY.

¹⁴) *History of Christian Philosophy in the Middle Ages* (New York and Toronto, 1955) 470-471.